



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LIV. Bischof Heinrich von Appoldia, Vicar des Bisthums Camin, ertheilt den Augustinern zu Königsberg einen Ablass, am 9. Dezember 1342.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

Quod discretis viris et honestis Consulibus et vniuersitati ciuitatis koningefberghensis coram Glorioso principe nostro domino Marchione de Brandenburg medietatem molendini supremi, in metis koningefberch super Roreken situati, ad manus et vsum eorum quandocunque placuerit voluntati ipsorum debeo et volo resignare totaliter et renunciare. Vt autem promissio rata et firma impofterum obseruetur prefata, super hanc nicolaus witte, miles, meus auus, hermannus et nycolaus wytte, famuli, mei awnculi, pro me data fide predictis viris fideiusserunt, qui in signum huius presentem litteram sigillis ipsorum vna cum meo roborauerunt. Testes huius sunt dominus Johannes dictus de Cloden, plebanus in koningefbergh, Hynricus de Wedel, Coniken huchtorp, Laurentius grote et Heyso parfteyn, famuli, qui presencia placitauerunt. Datum et actum koningefbergh, anno domini M^o CCC^o quadragesimo secundo, feria quinta infra octauam sancti Johannis baptiste martiris et prophete.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 42.

Anm. Das Wappenzeichen im Siegel Ebels von Fiddichow ist dasselbe, dessen sich die von Schwaneberg bedienten, indem es einen auf einer Erhöhung stehenden Schwan mit ausgebreiteten Flügeln darstellt.

LIV. Bischof Heinrich von Appoldia, Vicar des Bisthums Camin, ertheilt den Augustinern zu Königsberg einen Ablass, am 9. Dezember 1342.

Henricus de appoldia, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Ecclesie Lancenensis, Gerentes vices in pontificalibus Reuerendi in cristo patris ac domini Frederici, Episcopi Ecclesie Caminensis, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod omnibus vere penitentibus, Contritis et confessis, Qui Ecclesiam fratrum heremitarum ordinis sancti augustini in koningfberch in festis infra scriptis, videlicet Pasche, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis cristi, Natiuitatis, Circumcisionis et Epiphanie domini, In diebus Palmarum, Cene, Parasceues et Rogationum, In diebus sancte Crucis, In singulis festiuitatibus beate Marie virginis, In natiuitate et decollatione sancti iohannis Baptiste, In singulis festis apostolorum et Ewangelistarum, In die sancti Laurencii martiris, In festiuitatibus omnium Angelorum, In die omnium sanctorum, In die omnium animarum, In diebus sanctarum katherine, dorothee et Barbare virginum, In die sancti francisci, In diebus patronorum ac dedicationum et in octauis festiuitatum predictarum octauas habentium causa deuotionis accefferint, uel qui Cimiterium dicte Ecclesie orando ibidem pro fidelibus defunctis circuierint, aut qui sermonibus fratrum predictorum interfuerint, aut qui in simbolo, cum cantatur et homo factus est, ob reuerentiam incarnationis ihesu cristi flexis genibus deuote se inclinauerint, aut qui Corpus cristi uel oleum sanctum, cum portatur infirmis, secuti fuerint, uel qui ad fabricam, Luminaria aut alia queuis Ornamenta dicte ecclesie manus porrexerint adiutrices aut qui in extremis laborantes quidquam suarum legauerint facultatum, Quandocunque uel quocienscunque aliquod premisorum fecerint, de omnipotentis dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi, Quadraginta dies Criminalium, annum venalium et vnam karenam

de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum anno domini M^o CCC^o XLII^o, secunda feria proxima post dominicam, qua cantatur Populus Syon, Nostro maiori sub sigillo.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 41.

LV. Prozeßverhandlung vor dem Subdelegaten des Propstes zu Camin in Sachen des Soldiner Domherrn Ludwig von Wedel gegen Conrad, den Schulzen, und Heinrich, einen Bürger zu Königsberg, vom 7. Juli 1343.

Anno domini M^o CCC^o XLIII, feria secunda proxima post festum beati Ottonis, comparaerunt coram nobis volzero, canonico Caminensis Ecclesie subdelegato, cum clausula quociens eum abesse contingeret a venerabili domino, domino bernardo, preposito eiusdem ecclesie, Iudice vnico in hac parte a sede apostolica delegato, dominus Ludowicus de wedel, canonicus Soldinensis, actor ex vna et Conradus, prefectus, et heynricus de stendal, ciuis in koninghesbergh, rei, parte ex altera. Qui in iudicio constituti, suorum amicorum vti consilio, huiusmodi placita concorditer inter se ceperunt et ordinarunt, quod scilicet infra hinc et festum Simonis et Jude apostolorum de compositione amicali inter se temptarent, aut si illa non possit interuenire, Conradus et heynricus premissi ipsi domino Lodewico procurarent erga se et suos ac etiam vniuersos, qui causa sui vellent aliquid facere vel obmittere quoquo modo, necnon impetrarent a domino alberto de Wuluesteyn, aduocato Illustris domini Marchionis de brandeburgh, vel etiam ab aliis a dicto domino, domino lodewico nominandis plenam securitatem eundi, redeundi et manendi, Jus quoque suum In Soldyn prosequendi in Iudicio apud aliquem seu aliquos de personis dicte ecclesie Soldynensis, cui uel quibus dominus bernardus, prepositus prenotatus, vices suas in hac parte duxerit committendas, et quod coram eodem uel eisdem Subdelegatis, si pariter et de plano procederent, tam Conradus et Heynricus memorati, quam alii, quos etiam dictus lodewicus procurauit ad iudicium euocari. Fuit etiam concorditer placitatum, quod dicti Conradus et Heynricus domino iohanni de vredebergh, canonico in Soldyn, infra festum presignatum nunciarent, quid de securitate procurassent et litteras super securitate, ut premititur, procuratas eidem domino iohanni presentarent. Etiam exstitit inter dictas partes concorditer placitatum, quod sub expensis vtrarumque partium primum dominus lodewicus actor procuraret, quod dictus dominus prepositus subdelegaret causam vni uel pluribus personis ecclesie in Soldyn iudicandam. Sane si securitas et placita predicta effectum non habuerint infra festum memoratum, hoc ipsum dicto domino iohanni intimabunt. Extunc citati secundo loco in termino eis prefixo, et citati tercio loco et termino eis assignato, prout in secundo et tercio citatoris continetur, Conradus vero et Heynricus predicti proxima die iuridica post festum katherine debebunt in Camin coram nobis uel domino preposito supradicto comparere canonice processuris. Quam diem eis pro termino peremptorio assignamus. Acta sunt hec in ecclesia Caminensi, anno et die quibus supra, hora tercia uel quasi, presentibus domino Reynhero, Archi-